Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

164

rei anxius inter confusas agminum tur
bas manifesto dei iudicio plaustri
profundo submersus delituit. ita ut
cadaver eius usque in presentem diem inveniri
non quiverit. Filius vero ipsius in prelio
fusus et hostium ludibrio et diris ali
tibus illecebrosas prebuit carnes. cum
quo simul et palantes oberrantesque
ceteri nominis obtrectatores prophanatores
execratores. accusatores delatoresque
quam plurimi digna punicione pro
fligati sunt. Hanc mercedem ydola
trie tyrannus uterque recepit. hec persecu
toribus demonum utrisque data retribu
cio pariterque eorum sequacibus. hanc dum
taxat ulcionem sanctorum suorum reddidit qui
dixit. michi vindictam et ego retribuam. Jhesus
xpistus dominus noster. Prologus gregorii
Gre nisene episcopi de vita vel
go obitu S. Gregorii
rius divina theumaturgi.
gratia nisene sedis episcopus.
omnibus fidelibus in xpisti ecclesia commoranti
bus salutem. Gloriosa miracula et
admirabilem vitam beati gregorii neoce
sariensis pontificis scripturus. invoca
do spiritum sanctum. qui ei in omnibus extitit
auxiliator. Flagito caritatem vestram
adtentis auribus illam audire. et devo
to animo ac tenaci mente retinere creden
tes potius adulacioni sed veritati fide
liter servire. Superfluum quoque et in
ane opus est in laude tanti patris de
sudare et auditorum animos ad bonam
imitacionem non proficere. Ipse autem deus
patris cuius est dare velle et posse. ipse
et nobis referentibus et vobis audientibus
copiam sue misericordie largiri dignetur.
quatinus et nos illius actus ad laudem sui
nominis pandere valeamus et vos eum

fructu boni operis digne percipere me
reamini. Vita S. Gregorii theu
Igitur gregorius neocesarea martyrgi.
ponti urbe genitus. inclitam secundum
seculi gloriam a parentibus traxit pro
sapiam. licet gentilitatis erroribus
teneretur obnoxius. Sed quoniam divina gra
cia suum famulum murum inexpugna
bilem preordinaverat in facie ecclesie Gre
gorium tenebrarum caligo illum retinere
non valuit. immo pocius splendida lux
effectus. et cultum ethnicorum parentum
calcavit. et hereticam pravitatem penitus
destruxit. Defunctis vero parentibus
cum adolevisset atque ad illam pervenisset
etatem. que plurimos in precipicium trahere
conatur. cognovit contra se armatam vici
orum advenire turbam. que eum in vora
ginem conabatur trahere mortis. At
puer insignis talia contra se senciens
ut athleta strenuus clipeo protectus
sacrum virtutum. dominica cepit decan
tare cantica dicens. Si consistant adversum
sum me castra non timebit cor meum. Si
insurgat in me prelium. in domino deo spe
rabo. Tunc contra singula temptamen
ta viciorum singulas virtutes oppo
nens: in omnibus se purissimum atque irre
prehensibilem exhibebat. Talibus igitur
adversariis extirpatis: cepit dare
studium non solum in divinis verum eciam
in secularibus grecis ac latinis disciplinis
et archana sciencie. sitibundo pectore
haurire conatus est. ita ut recte cum
salomone sapiencie diceret. soror mea
es. et prudenciam vocaret amicam su
am. Omni genere sciencie. omnique dis
ciplina optime eruditus nil ei con
tra bonos mores resistebat. quod libris
philosophorum gentilium. nec dum xpisti

D. xvii kl. decembris.